UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. III. quid præstare Mittendi debeant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68440

Visual Library

domus, o cui Superiori etiam jure Societatis communi ſubduntur. p Quod ad modum mittendi ſpectat, Provincialis det operam; ut pedeſtri itinere proficiſcantur, habita ratione ſolius neceſſitatis in equitando. Præter patentes literas, videat an aliâ epiſtolâ dirigendi ſint ad loci Præſides. q Inſtructionem etiam ordinariè mittendis dabit rerum gerendarum, plerùmque in ſcriptis. r

o In. 12. §. 15. & R. Prov. 109.
p C. 11. D. 32. & P. 7. c. 3. A.
q P. 7. c. 1. §. 1. G. L. M. & C. 3. D. 37. & R. Prov. 115. & R. Miſs. 4. 5. & In 12. §. 15.
r P. 7. c. 2. §. 2. & L. & N. & c. 1. §. 5. & F. & G.

SECTIO III.

Quid præſtare Mittendi debeant.

EX parte verò eorum, qui mittuntur, non pauca ſervanda ſunt; ſeu conſiderentur quæ ad ipſorum animos, & cultum corporis ſpectant; ſeu quæ ad Proximorum utilitatem referuntur.

Indifferentia Mittendorum.

1. Ipſi, nulla ratione, ſe ingerent ad eundum, vel manendum, in hoc loco potiùs, quàm in illo; ſed plenam, ac omninò liberam ſui diſpoſitionem Superiori relinquent; poſtquam ei ſuæ conſcientiæ plenam rationem reddiderint, ut meliùs in Miſſionibus dirigi poſſint. s Hinc planum fit prohiberi; ne quis magnę auctoritatis interceſſiones adhibeat, ad aliquem de

s P. 7. c. 2. §. 1. & c. 3 §. 1. & Ex. c. 4. §. 35. & R. Miſs. 2. 3.

t P. 7. c. 2. K. de Societate petendum, niſi id Superiori probari intellexerit. t Non tamen his repugnat proponere, debita cum indifferentia, motus animi, qui in contrarium occurrunt. u

u P. 7. c. 2. I. & Ex. c. 8. A. & P. 5. c. 4. F. & R. Miſs. 3.

Servandi mores, & diſciplina religioſa.

2. Dum mittuntur, rem maximi ponderis in Societate ſibi eſſe commiſſam intelligant: & ita ſe comparent, ut apta Dei inſtrumenta eſſe poſſint. Quantumlibet occupati ne obliviſcantur propriæ perfectionis: ſervent cum Deo, & inter ſe unionem; & Orationem matutinam, & Examen veſpertinum, quoad ejus fieri poterit, nunquam intermittant: ſerventque Regulas Societatis. Apud alios verò ſe integritatis, & gravitatis exemplum præbeant. x

x R. Miſſ. 1. & 25. 26. & In. 12. §. 2.

Paupertas, & ædificationis præſidia.

3. Paupertatem ſectentur non modò in itinere, ut ſupra dictum eſt, ſed & in Hoſpitio; quod Xenodochium eſſe oporteret, ſi mundum aliquod reperiretur; aut honeſta domus; in qua fœminas non audiant. Invitationes ad menſam declinandæ. Victus potiùs, quàm pecunia pro eo comparando, accipiendus; iiſque ſufficiens quidem, ſed qui ſit ædificationi: acceptæ autem pecuniæ rationem Superiori reddent; &, ſi quid ejuſdem ſuperfuerit, pariter illi tradent. y Quamquam in Miſſionibus præcipuè cavendum eſt, ne à Pœnitentibus,

y R. Miſſ. 6. Or. c. 1. §. 18. & In. 13. §. 3. & 8. & C. 6. D. 39.

bus, Amicis, ac Devotis pecunia ulla accipiatur ad proprium uſum, cùm nec ad id facultatem Superiores dare poſſint. z

z Ex c. 1. §. 3. & P. 6. c. 11. §. 7. & C. 5. D. 29. & C. 6. D. 21. & C 12. D. 39 & Or. c. 4 §. 9.

Reverentia erga Prælatos.

4 Cùm ingreſſi fuerint loca, in quibus Ordinarii reſident, eos quamprimùm adeant; & oblatâ ſubmiſsè operâ ſuâ, facultatem modeſtè petant miniſteria Societatis exercendi: tum omnes, quorum auctoritate opus habent, benevolos ſibi facere ſtudeant, Parochos pręſertim, ac Religioſos, & ſi quos adverſarios eſſe Societati intellexerint. a

a P. 10. §. 11. & B. & R. Miſſ. 7. & 17. & In. 12. §. 3. & 5. & 12.

Quæ Miniſteria exercenda.

5. Tum ſtrenuè admovenda manus operi: eaque ferè omnia in Miſsionibus media adhiberi poterunt; quę congruunt Societatis Inſtituto; & ſuperiùs enumerata ſunt: nempe miniſterium Verbi Dei, Sacramentorum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ adminiſtratio, Exercitiorum ſpiritualium traditio, Eccleſiaſticorum inſtructio, Catecheſis ad Pueros, & alios rudes, Pauperum in Xenodochiis, & Carcere publico viſitatio. b

b P. 7. c. 3. §. 2. & A. & R. Miſſ. 10. 11. 12. & In. 12.

Quæ anteferenda.

6. At in hiſce Miniſteriis eligendis infraſcripta ſerventur. Cùm Societas ſpiritualia, & corporalia obſequia Proximis præſtare poſsit; ubi utriſque par non eſt, priora præferantur. Eadem eſt ratio de magis urgentibus, magis propriis noſtri Inſtituti,

ſtituti, deſtitutis aliorum ope, obnoxiis diſcrimini, ſecum fructum laturis, ad plurium bonum ſpectantibus, diutiùs permanſuris, ſi cetera ſint paria, adjiciendus potiùs eſt animus, quàm oppoſitis, ſeu Miniſteriis, ſeu operibus: ac demum, quæ aliis præferenda, communicato conſilio cum Superiori propinquiore, ſtatuendum eſt. c Ordo verò ſervandus in hiſce Miniſteriis, etſi certus prę̨ſcribi non poteſt, juverit tamen ab humilioribus inchoare. d Extat in Regulis Miſsionum Methodus ordinandæ Miſsionis; ad quam poſſunt adjicere Provinciales, quæ pro locorum, ac Miſsionum varietate opportuna videbuntur. e

c P.7.c.2.§.1. & E.& c.2.A. & c.3. §.2.
d R. Miſſ. 13.
e R.Miſſ.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.&c.& 27.In.12.§.1. & 3.4.5.6.7.9.10.

Zelus, & prudentia quomodo jungenda.

7. Indicantur prę̨terea nonnulla, quà præſtanda, quà cavenda; ut in Miniſterio tam multa exercitamenta complectente, magnoſque animorum motus ciere ſolito, ſingula ad perfectam prudentiæ normam exigantur. 1. Amoveant ſuſpicionem, ſe gratia reformandi; aut viſitandi Cleri veniſſe. f 2. Parochi, aliorumque virorum idoneorum conſilia, & opem exquirant. g 3. Ita ſe omnibus omnia faciant, ut magnitudinem tamen animi præſeferant, religioſæ modeſtiæ ſimul, & ſanctæ libertatis tenaces. h Si eleëmoſyna alicui largienda

f R. 8. 18. 19. & In. 12. §. 3.
g R. Miſſ. 4. & In. 12. §. 4.
h R. Miſſ. 15. 16.

gienda ſit, cautè, & ſecretò fiat. *i* 4. Non prętermittant occaſionem Divini ſervitii, quam poſſint arripere, ſine injuncti operis detrimento; licebitque pariter excurſiones breves aliò facere, cùm ſpe fructus. *l* 5. Firmitatem, quantum licet, rebus perfectis procurent: non condant autem Statuta Congregationi ulli, inconſulto Superiore. *m* 6. Tempus ſtationis, ubi à Summo Pontifice definitum non eſt, metiendum, comparando eum fructum, qui in ea percipitur, cum eo, qui ſperatur alibi. Cùm autem revocari aliquem oportebit, iis mediis Provincialis utatur; ut illi, à quibus evocatur, non offendantur. *n* Et ad hunc etiam finem, ſcribant qui verſantur in Miſſionibus, ad ſuum Provincialem, aut ab eo deſignatum, ſingulis hebdomadis, vel quoties ille præſcripſerit, ei declarantes ſucceſſum Miſſionis. *o*

i In. 12.§.11.
l P.7.c.1.§.7. & R. Miſſ. 20. 21.
m R. Miſſ. 22. 23.
n P.7.c.2.H. & C.2.D.12.
o P 7.c.2.§.2. & H. & P.8.c. 1.L. & C.2 D. 54. & Form. ſcrib.§.5.& R. Prov. 108. & R. Miſs. 24.& In. 12.§.13.

Miſſiones inſignes.

8. De Miſſionibus inſignibus, quarum Operarii per varias Provincias ſparſi eſſent, non ſegregandis in peculiaribus ſuæ nationis Domiciliis, ſubdendis-ve Superioribus popularibus, actum ſupra eſt P. 4. C. 3. De Miſſione Sinenſi extat luculentum elogium D. 86. C. 7.

Anacephaleoſis omnium Miniſteriorum.

9. Sed ut unum ſub aſpectum conjiciamus omnia, quæ ad excolendam Chriſti

Do-

Domini vineam, otiumque diſcutiendum ferè ubique præſtari poſſunt ex In.4. §.3. hæc enumerantur. Docere doctrinam Chriſtianam, tradere Exercitia, quærere, & inducere homines ad ea peragenda, viſitare hoſpitalia, & carceres; quærere eleëmoſynas ad ſubſidum ibidem detentorum, apud eoſdem concionari, reducere eos, qui ſunt in malo ſtatu, juvare Confraternitates, ubi ſunt, juxta noſtrum Inſtitutum, & ubi non ſunt, introducere; adire ſcholas Externorum, & in eis, conſentientibus Ludimagiſtris, aliquas exhortationes habere; Juventutem ad Confeſſionem allicere, quamvis meliùs ſit curare, ut ipſi Magiſtri per ſe hoc faciant; viſitare infirmos, ad eos conſolandos, & ſpiritualiter juvandos; qua ratione juvantur etiam propinqui, qui adſunt, & fiunt amici; & facilè adduci poſſunt ad frequentanda Sacramenta: Pro hoc etiam confert, cum Proximi veniunt ad noſtrum Templum, libenter eos admittere, & audire in Confeſſione; & cum occurrunt nobis in via, invitare eos qualibet occaſione. Juvabit facere interdum Conferentias de modò juvandi Proximos. Præterea poſſunt fieri Miſſiones ad loca vicina. Proderit etiam non caſu, ſed conſideratè, & cum exa-

mine geſtorum juvare Proximum. Denique curandum eſſet, ut omnes intelligerent, Societati nihil gratius eſſe poſſe, quàm in omnibus rebus conſentaneis Inſtituto, adhiberi quâlibet horâ.

CAPUT III.

De Corporalibus Miniſteriis exhibendis, aliquibuſque aliis vitandis.

Adjumenta temporalium neceſſitatem.

1. Corporalibus etiam pietatis operibus, quantum ſpiritualia, quæ præponenda ſunt, permittant, & vires patientur, incumbendum eſt; præſertim in Xenodochiis eos inviſendo, & aliquos, qui eis inſerviant, mittendo; & diſsidentes ad concordiam revocando; ſic etiam pauperes, & in cuſtodiis publicis detentos ſublevando, & ut alii ſublevent, curando. Non convenit tamen miſceri nos cum aliqua Congregatione; nec apud nos aliquos Conventus haberi; niſi qui ad noſtrum peculiarem finem inſtituuntur. a

a P.7.c.4.§.9.&G.&c.2.E.&P.9.c.6.§.4.&B.&In.4.§.3.

Eleëmoſynæ è noſtris bonis largiendæ

2. Externis etiam pauperibus eleëmoſynæ aliquæ erogandæ ſunt, pro Collegii, vel Domus facultate; & in illis præſertim lo-

cis,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN